

pecuniaria 12. Decembris 1608, coram Penia que est 66, n. 5. post Zach. de obligat. Cam. Duran. decis. 15, nu. 8, & decis. 50, nu. 1, & in recent. decis. 263, num. 4, & 5, fuit resolutum in causa Sancti Severini dotis 23. Januarii 1628, coram Reverendissimo Domino meo Decano, & in Romana subhastationis, de Alexis 12. Decembris 1644, coram R. P. D. meo Cerro.

Non obstat quod subhastatio fuerit facta, vigore rescripti Sanctissimi mandantis bona, de quibus agitur, subhastari ad effectum satisfaciendi Nutæ, quatenus sit anterior, atque aliis creditoribus, juxta eorum anterioritatem, & posterioritatem; Quia hujusmodi scriptum, per secundum fuit reformatum, cum Sanctissimus in secundo brevi ordinaverit, quod, secutâ satisfactione, imprimis Nutæ de suis creditis procederet ad subhastationem. At quatenus etiam cessasset talis reformatio non est verisimile, quod Pontifex voluerit juribus ejusdem Nutæ præjudicare dum viginti ab hinc annis possidebat, & prius allegaverat in actis, nec non exhibuerat cessionem sine dationem in solutum dictorum bonorum, sibi facta occasione jurium dotialium, & hujusmodi rescripta tunc semper intelliguntur, prout de jure, etiam si verba videntur discrepare ab eodem Jure, Bald. in lege 1. numero 6. ff. de constitutione. Princip. & in leg. ex facto in princip. ff. de vulgar. & pupill. substituit. Cyriac. controvers. forens. controvers. 426, n. 35, & sequentibus. Menochius præsumpt. 9, nu. 6, libr. 2, & præsumpt. 189, n. 183, libr. 4. Corn. consil. 312, num. 4, volum. 3. Cephal. consil. 439, nu. 3, & 4, libr. 3. Rot. decis. 84, num. 4, part. 2, diversar. & in dicta Romana subhastationis de Alexiis, 12. Decembris 1644. §. nec quicquam refert coram R. P. D. meo Cerro.

Minusque relevat, quod dicta datio in solutum, à Nutæ dicatur simulata, prout etiam creditum dotale Nutæ, non admittatur tanquam non justificatum. Quia ad effectum impediendi executionem tunc Nutæ uti tertia non tenetur ad aliquam tituli justificationem conspectu suæ possessionis: sed sat est illam allegare, leg. à Divo Pio, §. si super rebus, num. 4, ff. de jure judic. leg. cogi Cod. de petition. hereditat. Castrens. consil. 143, libro 1. Rot. decisione 222, nu. 3, coram Papa Gregorio XV. & in individuo tertii possidentis ex causa dationis in solutum fuit firmatum, in dicta Romana subhastationis, §. nec DD. voluerunt.

Sed ex abundantanti titulus possessionis Nutæ justificatur non solum quia ipsa obtinuit mandatum de manutenendo tunc in bonis, de quibus agitur, ut ex ejus summario num. 6. Mantica de tacit. & ambiguit. conclusionem 1376, num. 3. Rota in Melevitana Tenuræ 26. Junii 1645, circa finem coram R. P. D. Peutingerio.

Verum etiam quia ipsius creditum dotale tunc justificatur ex apocha matrimoniali, ab Ulixe, & Testibus subscripta, dicto summario num. 1, & quietantia integræ solutionis scutorum septem millium occasione d. dotis, eodem summario n. 2, ex consignatione bonorum extradotalium, summario num. 3, ad tradita Per Baldum in leg. 1. n. 4, versiculo Unde quaeritur Cod. de privileg. dot. Mascardus de probat. conclusionem 362, n. 15. Gregorius XV. dec. 62, n. 2, Romana Domus 20. Maii 1633, 2. Martii 1635, & 13. Junii 1636. coram Reverendissimo Domino meo Decano confirmata 24. Februarii 1642, coram eodem Fanen. dotis 13. Martii 1642, coram Reverendissimo P. Domino meo

Cerro Civitatis Vetule dotis 12. Februarii, & 29. Aprilis 1643, coram eodem & in Romana dotis 23. Junii 1545, coram Reverendiss. P. Domino meo Outhobono.

Injustitia autem dicti mandati habita fuit pro evidenti, quia donatio facta Caromanæ insinuata non fuit prout requirebatur, tanquam facta inter vivos, tunc ut denotant verba apposita in dispositiva dictæ donationis, ibi, habere debere vim donationis irrevocabilis, Oldrad. consil. 114, versiculo circa quod. Angel. consil. 179, viris prædictis, num. 6. Alex. consilio 78, num. 2, in fin. versiculo quantum ad primum, libro 4. Dyo. consilio 49, num. 7, versiculo 2. quia ubi Apostill. in verbo, irrevocabiliter. Unde tanquam carens solemnitatibus tunc requisitis per statutum Urbis, cap. 150, libro 1. quas esse de forma Rota firmavit, coram Durano, decisione 155, n. 1, & decisione 34, num. 4, cum duobus sequentibus, part. 6. recentior. Gregorius XV. decisione 260, n. 1, & sequentibus nequaquam potest suslineri; Cardinalis Cavalerius decisione 314, num. 5. Buratt. decisione 682, nu. 2. part. 4. recentior. tom. 3. & ista insinuatio tunc adinventâ fuit primo, favore privatorum, secundario autem, favore publico, ut tradit Gratianus disceptat. forens. cap. 531, nu. 4. Alexander consilio 167, nu. 11, volum. 7. Soc. consil. 77, col. 8, versiculo non obstat nova ratio, volum. 1. Corn. consilio 69, col. 5. versiculo non obstat quintum volum. 2. Fezoz. ad statutum urbis, in dicto cap. 150, num. 22. libr. 1, nec illius tunc solemnitate poterat renunciari, juxta doctrinam Bart. in leg. Modestinus, nu. 9, ff. de donat. Lup. in rubric. de donat. inter virum, & uxorem, §. 17, nu. 6. Boccae. de constitut. Egidiana. libr. 5, cap. 25, in glossa 5, num. 6. Idem Fezoz. ad dictum capitulum statuti, 150, num. 46. Gabr. de donat. conclusionem 1, num. 9. Gratianus discept. forens. cap. 854, num. 39. Duran. dicta decisione 155, num. 12.

Non obstat quod donatio ex defectu insinuationis tunc vitietur solum in excessu, ex lege Sanctimus 34, versiculo si quid autem, Cod. de donat. Buratt. decisio. 7. nu. 6. Rota dicta decisionem, 682, num. 3, parte 4. recentior. tom. 3, excessus tunc autem in præsentem casu dicatur illa quantitas, quæ excedit summam scutorum monetæ Romanæ 150, ut bene declarat per Fezoz. ad statutum Urbis, eodem cap. 150, sub nu. 31. & sic saltem usque ad talem summam scutorum 150. donatio omnino sustineatur, lege si quis pro redemptione, §. ceteris, Cod. de donat. Antonius de Canar. in tractatu de insinuatione. nu. 60. versiculo 31. Natt. consilio 28, sub nu. 2. quia animadvertendum est quod hic agitur de annua donatione scutorum 200. & tamen statutum admittit solum donationem non excedentem summam prædictam scutorum monetæ Romanæ 150, pro unica vice tantum unde intra hanc summam hujusmodi annua donatio suslineri minime potest, * nisi pro primo anno, facta tamen computatione, & æstimatione juxta terminos lege hereditarium 68. ff. ad legem falcid. cujus dispositio procedit etiam in actibus inter vivos, ut reprobat doctrina Afflic. tradit Surd. ex commun. de aliment. titulo 9. quaest. 11, num. 26. in fin. & sequentibus, Scacc. de judic. libro 2. cap. 2, num. 477. versiculo hujusque legis computatio.

Minusque refert, quod talis donatio jurata fuerit, quia, ut disponit dictum statutum in præcitato loco juramentum præsumitur fraudulenter interpositum, adeo, ut non possit contrarium

Leodiens. Capella 25. Junii 1618, coram bon. mem. Remboldo.

Et ita utraque parte reformante, &c.

DECISIO XXXVII.

R. P. D. MELTIO.

Bononien. fideicommissi de Amoris.

Luna 18. Maii 1648.

SUMMARIUM.

- 1 Immisio conceditur fideicommissario ubi concurrunt requisiti.
- 2 Descendentia ex quibus probetur; Ex testibus qualiter probetur, nu. 3. Cessante concursu ex levioribus probatur, num. 4.
- 3 Testamenti exemplum non probat; Limita, n. 6. Declara ut num. 8.
- 4 Observantia tribuit robur testamento non solemnem.
- 5 Fides Notarii extracta lise pendente non probat.
- 6 Instrumentum legale non indiget matrice.
- 7 Falsitas ut arguatur, requiritur diversitas manus.
- 8 Bona in bonis fideicommissum probatur ex descriptione in testamento; in bonis probatur ex inventario, n. 14. In bonis probatur ex divisione, num. 15.
- 9 Testatoris assertio circa ejus bona non probat contra tertium; Limita ut num. 17.
- 10 Possessio probatur ex liti sustentatione.
- 11 Identitas probatur duorum consinium justificatione. Amplia ut num. 20.
- 12 Legata fuisse soluta concludenter probandum est. Ex creditis, & mobilibus præsumuntur soluta, num. 22.
- 13 Heres ut teneatur, prius constare debet, quod sit heres.
- 14 Testator usufructuario cautionem remittere non potest.

M Athæus de Amoris de anno 1568. sub die 8. Decembris suum condidit testamentum, in quo instituit sibi hæredibus Alexandro, & Julio Cæsare ex Dominico fratre nepotibus, illos ad invicem, si quis eorum quantumcumque sine liberis masculis, ex masculis descendens decesserit, substituit, & ambobus, vel eorum altero, cum descendibus masculis decedentibus, cuilibet eorum decedenti masculos legitimos naturales, ac de legitimo matrimonio natos, & nascituros, ac ex linea masculina descendentes in infinitum, substituit vulgariter, & vicissim pariter substituit, vocando proximiores in stirpes, & non in capita. Quibus omnibus sic instituitis, atque substitutis deficientibus, substituit filios masculos naturales; & in eorum defectum spurios illegitimos ex damnato coitu natos: Et pariter his non extantibus, sive extincta eorum linea vocavit feminas descendentes ex quibusdam ejus neptibus; Atque ut integra, & illæsa ejus bona instituitis, & substitutis remaneret, illa describendo in eodem testamento expressè alienari prohibuit, ita ut ex eis legitima, & Trebellianica, neque etiam detrahi possent. A Julio Cæsare uno ex hæredibus natus fuit Guido, qui obiit, nullis post se relicto filiis. Ab Alexandro

erarium probari, & idcirco tanquam annullatum ex causa publicæ utilitatis non attenditur, & nihil prorsus operatur, Bart. in l. si quis pro ea n. 8. ff. de fidejussor. Bald. cons. 250. Duran. d. decis. 155, n. 10. Rot. dec. 200, n. 8. part. 5. recentior.

Cessat pariter quod exceptio insinuationis potuisset tantummodo allegari ab ipso donante, quatenus jusfisset vel ab aliis causam ab ipso habentibus, non autem à dicta Catharina Nutæ, uti tertia possessitrix; quia ad tuendam suam possessionem propriam ipsa bene potuit allegare atque deducere jus tertii, Gratian. disceptat. Forens. cap. 855. nu. 20. Surd. consil. 415, num. 16. cum aliis ab eodem allegatis in dec. 144, sub nu. 19. Duran. decis. 97, nu. 3. Rota in Romana census 15. Junii 1636. coram bonæ memoriæ Merlino, & in Romana Salviani 10. Decembris 1640. coram Reverendissimo Domino meo Decano.

Ex alio etiam capite impugnatur hujusmodi donatio; quia Notarius de ea rogatus non asserit cognovisse donantem, & notariam, minusque testes, qui cognovisse dixerint aliquem ex contrahentibus, prout requiritur juxta reformationem Tribunalium Pauli V. Fel. record. in s. Notarii non audeant tit. de Notariis, de qua per Rot. decis. 62, num. 4. & decis. 149, num. 1. & sequent. part. 6. recentior. Gratian. disceptat. Forens. cap. 497, num. 1. & sequentibus, & licet una ex testibus deponat cognoscere Ulissem donantem, cum tamen Notarius non dicat cognoscere istum testem, & notariam juxta illud, quod sancitur in eadem reformatione, actus fuit ipso jure nullus, propter vim decreti irritantis, Rot. d. decis. 62, num. 6.

At quod magis urget, habita fuit à nonnullis ex Dominicis pro valde suspecta ista donatio; quia facta, & stipulata, apparet, hic in urbe, sub die 7. Julii 1615. & tamen adsunt testes qui deponunt vidisse de eodem tempore donantem commemorantem in civitate, Bonon. summario Nutæ n. 14. Ex quo, cum reddatur dubia, & suspecta fides instrumenti tunc hujusmodi donationis, ista sola suspicio sufficit in hoc civili judicio, ad retardandam, sive denegandam executionem instrumenti ex tunc. in l. habemus, C. de probat. Fezoz. cons. 56, n. 21. Rot. decis. 452, n. 4, part. 3. recentior. & decis. 229, n. 2. post 2. vol. conf. Farinac. Card. Caval. decis. 445, n. 1. & instrumenta semper pro suspectis habentur, quotiescumque ex illis aliqua resultare potest inverisimilitudo, Menoch. præsumpt. 20, nu. 12. & sequentibus, lib. 5. Rot. decis. 366, num. 6. post d. 2. volum. conf. Farinac. qui idem tradit de falsis, & simul, qu. 153, num. 176. & seqq.

Non obstant exceptiones, quæ dantur contra aliquos, ex dictis testibus per Caromanam, scilicet, quod primus fuerit concubina ipsamet Ulissem, secundus autem illius famulus. Quia sufficit quod tales non probentur de tempore quo ab illis factæ fuerunt depositiones, ut eorum dicta ad probandum admitti debeant, cum tempus depositionis tunc inspicitur semper, ad effectum habilitandi vel inhabilitandi testes, l. 3. in princip. ff. de testibus, gloss. in l. Carboniani, s. cause in verbo non eandem, ff. de Carbon. edicto, Bart. in leg. ad testium §. conditionem n. 4. ff. de testam. Alex. cons. 149, nu. 7. lib. 5. sed est etiam quod duo isti testes paterentur exceptiones, cum certius adit à quo ii admiculantur. Ita omnes simul juncti absque difficultate plenam probationem faciunt, Gabr. de testibus, concl. 12, num. 7. & seqq. Surd. decis. 31, num. 15. & fuit dictum in

Decisiones ad Tract. de Alim.

xandro verò cohærede ortum habuerunt Hercules, Franciscus Maria, & Virgilius; At ab isto ultimo nati fuerunt Julius Cæsar, & Alexander Juniores, qui vigore *l. fin. C. de edit. D. Adrian. toll. prætendentes* immisionem in bonis, de quibus agitur, possessis per Joannem Peregrinum Sighetum, qui illa emit à quibusdam de Bonacurtis, & Fracastatis, causam habentibus à supradicto Virgilio II. hærede gravato. Proposito sub hac die dubio, an illis sit danda immisio; affirmativè fuit per DD. responsum.

Concurrunt enim in hoc iudicio omnia necessaria requisita, scilicet fideicommissum, & illius purificatio ad favorem eorundem de Amoris vigore testamenti Matthæi: possessio testatoris de tempore sui obitus; identitas bonorum; nec non possessio ejusdem Sighetii rei conventi: Quibus stantibus, ut immisio *ex d. l. fin. sit concedenda* declarat Ruin. *conf. 28. n. 1. & 2. lib. 58. Gabr. conf. 44. nu. 6. Menoch. de adipisc. rem. 4. nu. 653. Grat. discept. for. c. 558. n. 40. Caval. dec. 204. n. 4. S. qua re cum per alienationem, Bononien. fideicommissum de Manzolis 1. Decembris 1623. coram bon. mem. Pirovano, & Civitatis Castellii supplementi legitimæ 23. Januarii 1630. coram eodem.*

Quod autem ipsis de Amoris sint descendentes Matthæi, & ad illius fideicommissum vocati, probatur non solum ex supradictis gradibus, ex quibus eorum descendencia, & consanguinitas sufficienter probata remanet, ad text. *in cap. licet ex quadam de testibus, & in l. Jurisconsultus, vers. nam quoties, ff. de grad. & affinit. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 11. n. 95. Buratt. dec. 197. n. 2. Auximana sepulturæ 14. Martii 1646. coram R. D. meo Decano;* Verum etiam ex testibus formiter examinatis, deponentibus, et eos esse filios Virgilii, & nepotes, & descendentes Alexandri, & per consequens vocatos in testamento Matthæi Salusti. Tib. *in Prax. lib. 1. c. 44. n. 51. Cephal. conf. 133. n. 45. Rol. à Vall. conf. 82. n. 47. lib. 1. Mascard. de prob. d. concl. 510. nu. 8. Rot. in rec. dec. 331. n. 8. p. 6. & dec. 10. n. 1. p. 7. Licet in præsentem casu, quia non agitur in concursu aliorum descendendum, et sufficerent quæcumque leviores probationes, etiam ex iudiciis, & præsumptionibus juxta gloss. *in l. 1. in verb. quoties, ff. de prob. concl. 512. n. 1. Marefc. var. resol. lib. 1. cap. 70. n. 3. vers. secus in aliis casibus, Rot. dec. 511. n. 12. p. 5. recent. Bononien. fideicommissum de Pancaldis 15. Febr. 1647. §. circa verò descendenciam coram R. P. D. meo Otthobono.**

Non obstant quæ deducuntur contra validitatem dicti testamenti, scilicet, quod non sit in forma probanti, & sit exemplum dicti testamenti et Matthæi; quod ideo non probet, eodem Sighetto opponente, Socc. jun. *conf. 2. n. 1. & 2. lib. 2. Rot. decif. 135. n. 6. part. 1. recent. & 503. num. 6. p. 4. tom. 2. Maceraten. fideicommissum 29. Novemb. 1629. coram Ubaldo.*

Quia legalitas dicti testamenti patens visa fuit, dum illud fuit exemplatum, & subscriptum à tribus Notariis, qui in solidum de eo se rogaverunt, & ulterius signatum apparet propriis eorum sigillis; Et propterea, quod etiam probet absque solemnitate, et non secus, ac ipsum originale, firmat Bart. *in l. si quis ex argentiariis §. 1. n. 3. ff. de eden. Felin. in cap. fin. n. 7. de fid. instr. Personal. de adipisc. n. 150. & seqq. Marcobr. conf. 76. n. 65. & seqq. Mart. Andr. dec. 14. n. 544. n. 1. part. 4. divers. Greg. XV. dec. 432. n. 3. & 454. n. 1. & in recent. dec. 687. n. 2. part. 1. & 503. n. 9. p. 4. tom. 2. Buratt. dec. 211. n. 12. & 13. & dec. 318. n. 10. Duran. dec. 178. n. 4.*

& dec. 337. n. 6. Romana de Arigonis coram bon. mem. Card. Virili apud Fenzon. decif. 3. §. quia vera matrix vers. sat est, Mediolanen. decimarum 23. Januarii 1612. coram bon. me. Pirovano, Novarien. bonorum 4. Martii 1616. coram bon. mem. Cardin. Verospio, Calaguritana juris providendi de Viana 19. Aprilis 1619. coram Remboldo, Narnien. hæreditatis 16. Novembris 1629. coram Reverend. P. D. Ghislerio.

Non obstant decisiones, & auctoritates in contrarium allegatæ; quia tam Socc. et quàm *decif. 135. loquitur in simplici copia, & transumpto: decifio 503. nu. 6. loquitur per modum objecti, & eadem postea nu. 9. resolvit quæstionem secundum hanc opinionem: Maceraten. fideicommissi loquitur de transumpto non autentico; Sed ulterius in præsentem casu cessare videtur quæcumque difficultas; cùm pro validitate hujus testamenti valde faciat, ut spatium longissimi temporis illud fuerit semper observatum, tam circa successionem hæredum in eo nominatorum, quàm circa solutionem, & adimplementum plurium legatorum: Quæ sola observantia, etiam si dictum testamentum fuerit informe, et addidit illi tale robur, ac vim, ut valere, ac transire debeat in fidem veri juxta *l. cum de in rem verso. ff. de usufr. Aym. de antiq. temp. p. 1. vers. quarto limitatur num. 14. & 15. & conf. 101. n. 4. Grat. discept. foren. c. 951. num. 8. & 9. Mantio. dec. 3. n. 1. & dec. 82. n. 2. Greg. XV. dec. 469. & ibi Adden. observantia, Baren. Juris patronatus 9. Junii 1636. coram bon. me. Pirovano, Novarien. bonorum 17. Decembris 1640. coram bonæ memoriæ Coccino.**

Fides autem Notarii, quæ datur pro Sighetto in ejus summ. num. 5. ad probandum, matricem testamenti, de quo agitur, esse abolitam, & cancellatam cum pluribus interlineaturis etiam in partibus substantialibus, prout in institutionibus, substitutionibus, atque legatis, non est attendenda; nec fidem meretur, et cùm fuerit extracta lite pendente, nec citatis dictis de Amoris, ad text. *in cap. 2. & cap. nuper de testibus, Auth. si quis in aliquo, ubi Dec. num. 9. & 10. C. de eden. Seraph. decif. 1423. n. 3. & decif. 1430. n. 4. Mant. dec. 177. n. 4. §. nec etiam fides, & dec. 469. n. 4. coram Papa Gregorio XV. sublata remanet quæcumque objecta exceptio contra validitatem hujus testamenti, ex quo ab eodem Notario rogato, & aliis duobus præsentibus, & in solidum pariter cum eodem rogatis, postea fuit datum authenticum nitidum, & in publicam formam; quod etiam productum fuit à Thoma Maurino Procuratore dictorum de Amoris ab die 10. Decembris 1643. coram D. Auditore generali Bononiæ; Et in Processu à Partibus in Actis producto in publicam formam, & cum legalitate; et sic non est curandum quid adsit in matrice, sed istud tanquam legale venit attendendum text. *in l. cum Tabellio & in cap. fin. de fid. instrum. Menoch. de adipisc. rem. 4. nu. 654. Coccin. decif. 450. num. 1. Roman. hæred. de Arigonis 25. Januarii 1627. coram bonæ memoriæ Card. Virili §. quia cum matrix versata est, & d. Novarien. Bonorum coram Coccino, & signanter fuit responsum in Reatina depositi coram Penia impressa post Zacch. de oblig. Cam. quæ est dec. 60. nu. 8. eoque magis prædicta procedunt, quia dictæ castaturæ, lineaturæ, & apostillæ non sunt attendendæ, cùm sint factæ manu ejusdem Notarii stipulantis; Quod facit cessare quamcumque suspitionem falsitatis, et quæ ut arguatur, requiritur diversifi-**

tas manus, ut per Bald. *in l. nostrum, C. de testam. Paul. de Caltr. conf. 38. Dubium facit Farin. de falsi. & simul q. 153. n. 10. Rot. decif. 276. n. 3. p. 2. recent. Caval. dec. 122. n. 6. Firmana Professiois 2. Decembris 1639. coram R. P. D. meo Royas.*
Bona autem hujusmodi quod fuerint in hæreditate, & bonis Testatoris, et clarè patet ex descriptione facta per ipsum in suo testamento, in quo omnia corpora fuerunt specificata, ut apparet ex Summario eorundem de Amoris n. 1. Rip. *in l. si aliquam rem nu. 42. ff. de acqu. poss. Bart. in l. si alienam ff. sol. matr. Peregr. de fideicom. art. 44. n. 20. Mascard. de prob. concl. 778. n. 18. & 19. Bald. conf. 89. n. 3. lib. 1. Decian. consil. 76. n. 17. vers. secundo plura lib. 3. Cephal. conf. 386. n. 29. Rot. in recent. dec. 312. n. 2. part. 7. Maceraten. Legitime 22. Martii 1628. coram bon. me. Ubaldo. Accedit etiam Inventarium* confectum à nepotibus Testatoris, primis hæredibus institutis, in quo enunciatur tanquam bona hæreditaria, & fideicommissio subiecta ad text. *in l. fin. C. de arbit. tutel. & in l. tutor, qui reperiuntur in princ. ff. de eadem. Peregr. de fideicommiss. art. 44. n. 2. Gratian. discept. for. cap. 765. n. 59. Fusal. de substit. qu. 618. n. 1. Bald. conf. 407. n. 6. lib. 1. Greg. XV. dec. 575. n. 3. & in recent. dec. 407. n. 2. part. 2. d. 344. n. 2. part. 3. & dec. 92. n. 2. p. 5. Concurrunt demum instrumentum divisionis* factæ assertorum bonorum à dictis nepotibus, & primis Testatoris hæredibus gravatis sub narrativa, & expressione, quod erant fideicommissaria, & hæreditaria Matthæi: quod tollet quamcumque difficultatem, Peregr. de fideic. d. art. 44. nu. 5. Mazar. eod. tract. qu. 58. Alex. conf. 152. n. 1. lib. 7. Seraph. dec. 553. n. 1. Coccin. dec. 417. n. 5. p. 4. tom. 2. & dec. 518. n. 8. eadem p. 4. tom. 3. & dec. 85. n. 9. 312. n. 4. part. 5. & 88. n. 12. p. 7.**

Ad materiam de Alim. Decif. XXXVII. 75

Non obstat, quod assertio Testatoris dum describit curavit prædicta bona in ejus Testamento tanquam propria, et non dicatur probare contra tertium, Bald. *conf. 19. num. 1. vol. 1. Fusal. de substit. quæst. 618. num. 51.*

Quia procedit, quando ille tertius possessor non habet causam à gravatis: Tali enim casu probatio esset coadjuvanda, docendo de possessione, seu detentione defuncti, & hæredum suorum, ut distinguit, & firmat Peregr. *d. art. 44. n. 6. §. aut verò.* In hac autem contingencia facti Seghetus mediatam habet causam à Virgilio Amoris, qui vendidit de anno 1622. Petro Fracastato (cujus hæres postea vendiderunt eidem Seghetto, qui obtinuit etiam aliud prædium pro liberatione à molestiis, & evictione à fidejussore dicti Virgilii in prima venditione obligato, ut ex tenore instrumenti dati in d. Sum. n. 9. Unde cùm hodie agatur contra habentem causam à dictis gravatis, confessio Testatoris illum afficit ad text. *in l. omnibus §. non debeo ff. de reg. jur. Peregr. de fideicommiss. d. art. 44. n. 6. §. sed utrum Cyriac. controver. 204. n. 47. & 48. Mascard. de prob. concl. 778. n. 14. 24. & 38. Ruin. conf. 228. n. 16. lib. 2. Surd. conf. 489. n. 31. Seraph. dec. 553. n. 1. & 3. Greg. XV. dec. 172. n. 1. Buratt. dec. 243. n. 7. Coccin. dec. 120. n. 2. vers. ita quoque & dec. 152. n. 1. Caval. dec. 204. n. 4. vers. que remedia. Buratt. dec. 143. n. 7. & in recent. dec. 42. n. 8. & dec. 84. n. 9. p. 5. Romana fideicommissum de Maximis 18. Febr. 1628. coram eodem Coccino.*

Possessio ejusdem Seghetti probatur ex sustentatione litis Verall. *dec. 372. n. 1. & 2. Cæf. de Grass. dec. 6. n. 4. de restit. spol. Seraph. dec. 1415. n. 3. Coccin. dec. 161. n. 2. 212. n. 10. & 312. n. 1. & in recent. dec. 669. n. 3. 778. n. 1. part. 2.*

Quo verò ad identitatem bonorum, illa concludenter probata remanet ex pluribus confinibus Decisiones ad Tract. de Alim.

justificatis, et apparet ex eodem Sum. n. 1. Licet 19 duorum verificatio sufficeret ex l. 1. §. fin. ff. de dot. præleg. l. testamenta la prima ff. de condit. & demonstr. & ibi Bart. n. 14. Peregr. *d. tract. & art. 44. n. 50. Gratian. discept. foren. c. 883. n. 1. & 4. & c. 99. n. 33. Soccin. sen. conf. 127. n. 28. lib. 3. Menoch. conf. 409. n. 34. §. Primo rei identitas. Coccin. d. dec. 120. n. 5. & tanto magis dum hodie constat Testatorem in eodem loco habuisse, & hodie illius hæres habere alia bona, ad text. *in l. 2. ubi Bald. C. de pact. Peregr. d. art. 44. n. 22. & conf. 44. n. 10. lib. 1. Natt. conf. 235. n. 11. Surd. dec. 15. n. 10. & in rec. dec. 407. n. 4. p. 2. & dec. 42. n. 3. & 4. p. 5.**

Nec obstat, quod Testator plura fecerit legata quæ cùm fuerint soluta per hæres gravatos, videatur competere retentionem Seghetti uti ab illis causam habenti, non solum respectu legatorum, verum etiam occasione dotium solutarum Ludovicæ, & Lucretiæ filiarum Marci Antonii Amoris per Cæsarem, & Alexandrum seniores de Amoris.

Quia quoad legata non apparet de aliqua solutione quæ concludenter est probanda ad hoc ut sit locus deductioni *l. ad quingenta ff. de probat. gloss. Bart. & Doct. in l. 2. C. de jur. emph. Peregr. de fideic. art. 35. n. 9. in fine, Menoch. præsumpt. 135. in princip. lib. 3. Bald. conf. 219. n. 4. in fin. lib. 2. Bero. conf. 150. n. 1. lib. 1. Rota decif. 516. n. 2. & 3. part. 2. decif. 126. n. 23. p. 7. recent. Caval. dec. 416. n. 2. Buratt. decif. 641. n. 4.*

Sed esto etiam quod de tali solutione constaret, cùm tamen in hæreditate Matthæi testatoris plura fuerint relicta mobilia, et credita ex his præsumuntur dicta legata soluta, et vel faltem quod ex illis hæres sibi satisfecerit, nisi contrarium probeatur *l. à D. Pio §. in vendit. ff. de re judic. l. cum hæres §. 1. & ibi gloss. in ver. deducitur ad SC. Trebell. Peregr. d. art. 55. n. 23. Gratian. discept. for. cap. 204. n. 1. Socc. conf. 44. per tot. lib. 3. Surd. conf. 290. n. 33. vers. infertur quod uxor. Rot. dec. 680. n. 6. p. 1. divers. & in rec. dec. 547. n. 6. p. 5. Buratt. dec. 641. n. 7. Romana fideicommissum de Victorius 2. Junii 1627. coram bon. me. Merlino. Dotes verò cùm solutæ appareant à Cæsare, & Alexandro senioribus, nec Seghetus probet Virgilium fuisse illorum hæredem, et utique respectu illarum, licet causam habeat ab eodem Virgilio, ei non competit aliqua detractio ex bonis fideicommissio subiectis, *l. non ignorat, ubi Bart. C. qui accus. non poss. idem Bart. in l. falsus Tutor ff. quod fals. Tut. Menoch. de adip. rem. 3. n. 164. Bald. conf. 168. n. 6. vers. Series autem facti lib. 1. Rot. dec. 32. n. 2. §. secunda est part. 3. & dec. 456. n. 4. part. 4. recent. Buratt. dec. 564. & ibi Addent. n. 6.**

Non obstat, quod usufructus mobilium fuerit per Testatorem relictus Isottæ de Bolognini ejus Nurui, ipsius vita durante, absque onere præstandi fidejussorem, nec reddendi rationem.

Quia cùm hujusmodi liberatio sit contra naturam usufructus mobilium, non est attendenda, nec Testator hujusmodi cautionem remittere potuit usufructuario ad text. *in l. 1. C. de usufr. ubi Bart. Bald. & alii not. Ang. & Alex. in l. quod de bonis §. frater ff. ad l. falcid. Castill. de usufr. c. 5. n. 5. & 17. Cyriac. controver. 37. n. 2. Cravett. conf. 187. n. 7. vers. 2. dubitabatur, Jaf. conf. 1. ad fin. & conf. 40. n. 6. lib. 1. Soccin. jun. conf. 115. n. 16. vers. Sed his non obstantibus. & n. 31. lib. 1. Rim. jun. conf. 703. n. 15. & 77. Menoch. c. 7. n. 56. & 57. Surd. d. 109. n. 3.*

Et ita utraque parte, &c.